



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Liber II. Vita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

LIBER II.

V I T A:

Epigramma 1.

Ioannis in nativitate sanctitas
& pulchritudo.

AD ZACHARIAM.

Steineri niveum speces mihi corpus alumni,
Lac concrese putas, matre quod ille bibit.
Sin animam, primi labes cui nulla pudoris;
Phosphore pace tua, purior ignis erit.

Epigramma 2.

Ioannes ubi nascitur, ad nomen suum
canit iō triumphē.

Laetus angusto prorapit ut aduena septo.
Victor in hunc orbem, credo, triumphē canit.
Vincite iam pulchri pulcher canit augur honoris.
Vincite: vincentes præmia clara manent.
Vincite Tenaridas noua nunc ad bella phalangas.
Vincite: Iesseides ad sua signa vocat.
Palma triumphatrix omni cui frondeat suo;
Omnis & inserti præmia sylua cadat.

AD IOANNEM.

Sed quid parue canis pulchris pæana triumphis,
Cui teneras stringit fascia curta pedes?
Quaque tubam tenebas, medijs stat dextera vincis;
Vlla nec elingui vox comes ore fluit.
Ne tu mirus agis venturis præeo coronis!
Cui deest aura tubæ, tu tuba festa canis.

Epigrans

Epigramma 3.

**Ioannes natus Christum nasciturum
è Virgine prædicit.**

AD IOANNEM.

Ibit in autumnum felix iam Luna Decembris ;
Sed cui sol natus Virgine fructus erit.
Sic canis astra legens diuini consca partus.
Quam sapis ! Astrologum lynceus augur agis.

Epigramma 4.

**Ioanne nascente, in Vocis ortu Pater
adhuc mutus persistit.**

Informi quid adhuc vox bruta remugit hiatu,
Et pater infanti par , ut imago , silet.
An vocem rapit ergo suo Vox nata parenti ?
Nunquid & in puerum liuor , an ira cadit ?
An potius rauim crudâ puer afflat ab aurâ ?
Agnus hic immitti nunc agat ore lupum ?
Hoc puer ausit amans & vocem patris eripit error ;
Cui graue quod peccat cor , sua lingua luit.

Epigramma 5.

Ioannes denunciat salutem Orbi.

Ver Philemela canit ; grus nunciat aduenia messes ;
Ficedula autumnum ; frigora densus anas.
Quid tu , magne puer , qui Vox es prævia Verbo
Occidis ? an reduces quos agit annus equos ?
Mitte breues anni torties morientis honores ,
Aurea de dio sæcula sole canis.
Spemque vones mundo , rot qui labentibus annis ,
Colla sub ærato fert recutita iugo.
Cernis ! adhuc diros fremit orcus ad arma furores ;
Fracta procelloso , sed cadet ira metu.
Ante diu mundum , ceu lamentabile bustum ,
Qui Stygis è flammis eruat , vltor erit.

Ecce

Ecce, venit puer ille potens, puer arbiter æui ;
 Qui premat armatis impia monstra minis.
 Hæc vbi sint nunc arma, rogas ? vbi fulmina Diuum?
 Ut puer est, matris condidit illa sinu.
 Lærus id ipse canis natali testis in horâ :
 Et nunc hæc lituo cælite bella sonas.
 Sic tamen infestis canis arma tonanda procellis ;
 Candidus æternæ pacis ut augur eas.

Epigramma 6.

Zacharias pueri sui merito loquitur.

Vix de matre cadens vđum bibt aëra pupus,
 Intactamque rudi stans pede tangit humum :
 Emicat, enodique eludit lingua palato.
 Iamque parat Verbum Vox puer aptaloqui,
 At Pater elinguis surdo nil mutat hiatu :
 Aut ferit informi murmurâ balba sono.
 Quid? vocale patri plectrum num surpuit infans?
 Clausus adhuc cœco carcere id aut sit opus?
 Appage tale scelus : simplex an id audeat ætas?
 Lusus io ! pueros, non mala noxa decet.
 Sentiatur hoc pius ore patens, nascentem puello ?
 Quàm blandus pueri pectore spirat amor !
 Sed quid? adhuc strictis pater ora coercet habenis ?
 Expediat tardas libera lingua moras.
 Vineta diu, tandem facili iam verba labello
 Liberat ? ô felix ! vincla quis ista secat ?
 Maximus ille puer, qui Vox it publica mundo,
 Abnueret patri reddere vocis opus ?
 Ecce quod inclutit male credula noxa parenti,
 Vox infans aperit nobile vocis iter.

Epigramma 7.

Zacharias nato Ioanne loquitur, vbi
 iam nomen scripserat.

Cœca sub obscuro retractans verba palato,
 Lingua rudes balbo pinxit in ore sonos.

Quale

Quale nefas ! vocis sator ergo silebit, ut infans
 Pusio, tam festo Vox cui nata toro est ?
 Tu pia Vox Verbi , sua reddere verba parenti
 Durus an ergo neges ? nunc age ; tolle moras.
 Quid motor ? abrumpis muro data vincla palato.
 Emicat in faciles lubrica lingua sonos.
 Iamque diserta ferit vocali plectra labello.
 Vnde suauè canat, cœu lyra sancta, melos.
 Sed quid opus iam voce ; stilo si dextera vocem
 Exprimat ? apta loqui lingua fit ista manus.

Epigramma 8.

Zacharias infanti applaudit.

C Vi vix dum teneris vox palpitat vda labellis;
 Quid pater infanti verba diserta facis ?
 Sed primæua rudes sensu's nil præpedit ætas.
 Occupat ætatem, mens cui cana, puer :
 Qui vel adhuc clausus maternâ gestiit aluo,
 Natus an is patro nesciet ore frui ?
 Ergo loqui tenero, pater, ô ! ne parce puello :
 Corde latent aures, (a) queis tua vota canes.
 (a) Geminas quasi aures natura cordi adfixit.

Epigramma 9.

*Ioannes ubi nascitur, applaudit Patri
 Zachariæ iam loquenti.*

E Vge puer, seris tandem Vox publica votis,
 Præcine venturo candida signa Deo.
 Interea risu puer incipe nosse parentem :
 Sit satis hoc puero ; Vox tibi risus erit.
 Sed miscere rudi mauis cata verba labello,
 Vix octaua breui cui reddit orbe dies.
 Tum tibi iure neges, quæ reddis verba parenti ?
 Si tacet os ; oculis parvule discé loqui.

Epigramma

Epigramma 10.

Zacharias respondet puer.

IVITA sub elingui fandi stet cura palato,
Cor vbi brutus adhuc vinxit, & ora stupor?
Haud reor id iustum sed enim stupor omnis, & omnis
Error abest puer, mens cui cana sapit.
Non natus grauidæ si Virginis hauserit auras :
Iam natus patulâ non bibet aure sonos?
Sed patrios bibit aure sonos, simul haurit amores;
Quâ canit ipse parens, succinet arre puer,

Epigramma 11.

B. Virgo ministrat Elisabethæ.

A D B. VIRGINEM.

VT cognata tui pia munia vedit amoris,
Credidit ancilla m̄ te, cui mater eras.

Epigramma 12.

Votum optat Pietas, vt dies qui nascente Ioanne sub Cancro decrescit,
potius crescat, quasi sub verno
Ariete.

Quale nefas! spirante nouam nunc luce salem;
Defraudat radio sol breuiore diem.
Funestatque hilares tristis iam vespera soles;
Dum puer in terris gaudia verna parit:
Quis dolor hic cœli? num liuor & incubat astris?
Cur non cum puer, crescit amœna dies?
Sic equidem youi; longis sol lucidus horis
Ni, quo nunc oritur, Cancer adesset, erat.
Aurea dic atris sol fræna refleget at ab vmbbris;
Maior vbi puer crescere excepit amor.
Et sua lux crescat, sociâ cum luce iuuentæ:
Nobilis gemino fundat vt igne iubar.

Hei

Hei mihi ! sed Cancer simul attigit ardua cœli ;
 Lux breuiore suum luce coërcet iter.
 Scis quid agas ? Cancrum gelido , sol, mitte Décembri ;
 Ariete, sol, verno te decet æhra vchat.
 Quid Cancro & puer ? lucem puer § omnia noctis
 Cancer amat : puerum vita serena decet.
 Cancer iners nitido soli cur incubat? illum,
 Nox cui grata comes, noctis & vrat hiems.
 Ut quid in æstiuis hiemet nox frigida signis,
 Ignea sub cancro quando lucerna micat ?

Epigramma 13.

Ioannes vbi nascitur , dies imminuitur ,
 sic pristina Legis Mosaicæ
 gloria decrescit.

Vix puer eximius vitales hauserat aras ,
 Imminuit longos arctior hora dies .
 Iamque breues refugo sol orbe retorquet habens ,
 Quo protendat iter , dux cui Cancer erat ?
 Et vetus antiquo Lex fræna reflexit ab ævo ,
 Ac cadit in noctem longior umbra stram .
 Et qui cornigero (a) ducere Mose cœcurrit ad aras
 Bos retrò , ceu Cancer , triste reuolut iter .
 Quis scit , Erythræas Moses vbi transit arenas ,
 Annon his Cancrum repperit ille vadis ?

(a) Moses cuius facies ex Angeli aspectu lucida
 ob radios quasi cor nuta apparebat , vbi mari Rubro
 eopias Hebraas sicco vestigio transmisit . Legem
 tulit cœlitus acceptam , qua bones Deo immolandæ
 imperentur .

M

Epigramm.

Epigramma 14.

Ioannis gloria & fama super montana
celebratur, qui deinde in monta-
nis egit rupibus.

Echo Ioannis famâ resonat.

Fama Palæstinis quæ diditur inclita campis,
Plaudit iò ! & mundi gaudia fera sonat,
Rupibus adludit, quæ nescio, vocis imago ;
Visa loqui : duris adsonat icta petris,
Credibile est resonæ volui yaga iubila famæ
Clamat, iò ! iò ! conscia : natus, iò !
Natus Iōannes, & par his montibus iò !
Natus, iò ! concors petra reclamat iò !
Responsatque cauis Echo facunda sub antris,
Et moriens animat murmur utrumque sonum.
Haud equidem miror, quod iam miratur Idume :
Si petra, ceu famæ consona lingua, canat.
Vox rupem seros si dura sequetur in annos,
Iam vocem rupes nollet amica sequi ?

Epigramma. 15.

Elisabetham Ioannes suo partu
illustrat.

Quem pariens perdat nocuâ de prole decorem,
In Gnato genitrix seruat Elisa suo.
Stirpis enim damnum redimit, flos pulcher, alumnus;
Virginei floris fructus hic instar erit.

Epigramma 16.

Ioantes ipse lactens, lactentem
I E S V M adloquitur.

LAdea Virginæ turgescit vena mamillæ,
Et grauido prægnans fonte pupilla salit.

Magni

Magne puer, bibulis vitæ duc pabula venis;
 Et bibe nectareo pocula mista fauo.
 Quas ô! delicias duces puer alme labellis?
 Quale tuo & ducet nectar ab ore parens!
 Nardinus his adspirat odor, mihi crede, mamillis:
 Aut, si quis nardo suauior, halat odor.
 Quin & amor blando tua suauia condit amomo;
 Condit & ambrosio grata labella croco.
 Attigero tantum pueri, matrisque labellum;
 Quæ bibat hinc duplum mel, ero diues apis.

Epigram. 17.

Ioannes puer in desertum secedit.

AD IOANNEM.

Ceu turtur vacuis gemis exsul, & orbus in oris,
 Et fugis antiquos parvulus erro lares.
 Fallere; te nudis si degere credis arenis:
 Hic tua quidquid obit planta, perennè viret.

Epigramma 18.

**Ioannes locustis & amaro melle
 pascitur.**

INde struit mactam locusta miserrima coenam,
 Adstruit hinc vntum mellis alumna penu.
 Illa dapes, haec poela glabris apponit arenis.
 Mors sed amara dapes, mel & amaror habet.
 Has tamen hinc epulas conuiua beatus adornas,
 Prae quibus & Medas despiciat aula dapes.

A L I V D.

OMihi dic, qui Cœlitum noua gaudialibas
 Melle, quod alma mero nectare condat Apis; (a)
 Haec Apis an terris sata? num magis edita cœlo est?
 Hic quoque sidus Apis, quæ tibi nectar alat.
 (a) Est ad polum Antarcticum Apis nonum si-
 dus Astrologis.

M ij

ALIVD.

ALIVD.

IE uno squalere putas hunc pulv're campum?
Pingue Palestinam sumen inungit humum.
Hic quæ Lymp'ha fluit, vel quæ mel haurit amarum;
Lacte mero manat, manat & herba fauo.

Epigramma 19.

Augustior specūs, in quo degit Ioannes, gloria; quam Ierosolymæ splendor.

Hic quæ teſta vides viuo pendentia ſaxo,
Extimij Vatis crede fuille lares.
Sirius hic Syriā quam ſol laſtrauit in orā,
Lymp'ha ſitim pauit, pauit & herba famem.
Ne mihi ſperne breuem vili ſub rupe latebram:
Plus micat hæc aulis, vrbs Solymæa, tuis.
Ampliat hoc hospes, quo non auguſtior alter,
Hofpitiūm: vt ſuperis digna ſit aula choris.

Epigramma 20.

Ioannes melle agresti vefcitur,
quod illi dulcissimum.

Mel, cui nil mellis, libas propiore ſaliuā,
Apricus Syrium Sol vbi torret agrum:
Os tenerum, metuo, vitiet primæuus amaror.
Nec ſinat, in dulces vox fluat alma fauo.
Mitte metum: vox inde fluet prædulcis amaro
Alma thymo ſolers mella laborat apis.
Id quod amara fauo thyma mellis amaror amori eſt;
Nescit amaricio, fel cui neſtar, amor,

Epigr...

Epigramma 21.

Mellis amaritudo Ioanni dulcescit.

Quod quasi fel terræ (a) teter contristat amaror.

Quale parit Pontus, (b) mel sine melle bibis.

Pontus alit medicata nigris aconita venenis,

Queis violat dulces pestis amara fauos,

Mel-labijs lege triste; sapit quid dulcius vuâ;

Os id an ambrosio liquitur ergo fauo?

(a) Fel terre herba amariſſima. (b) In Ponte
quia larga aconiti est copia, mel amarum apud He-
racleam apes colligunt. Plin.

Epigramma 22.

Ioannes laboriosus i 2. ætatis anno.

AD IOANNEM.

Claua quo Herculeos grauis extudit arte labores.

Tot numeras annos, dura per ausa, tuos,

Sed tibi quid vani cum vanis Herculis armis?

Monstrorum hic domitor si quoque monstra facit;

Seque Deum iactat, si eos mentitus honores,

Vix medijs Hydram victor ut vissit aquis.

At tu mille domas Alcide fortior hydras:

Atraimen ille labor vix tibi ludus erat.

Zodiaco quo signa vides; tot crede labores

Ire tuos; unus vix quibus annus ijt.

Epigramma 23.

Ioannes ambit aquas, & ad baptis-
mum iuitat.

Ad Christi radios, quos vnda repere curit, ardes;

Entheus arsurum cor tibi flammat amor,

Cui sic corda flagrant, & vox ir publica mundo.

Quique stat ad solem, quam bene clamat aquas!

M iij

Epigrām

Epigram. 24.

Ioannes ad aquas Salim adit.

Quid tibi cum gelidis arsura lucerna fluentis?
Num tua lux medijs tuta natabit aquis?
Et tibi quid cum fonte, sacri Vox nuncia Verbi?
Quem tua lux monstrat, vox canet inter aquas.
Hinc queris liquida vocis sub imagine fontem,
Scilicet argutis fons sonat omnis aquis,
Præcipue Verbum sonat; & sonat amnis I E S V M,
Quod fons omnigenis fontibus unus eas.

Epigramma 25.

Ioannes Baptismum instituit in Salim
& Ennon ubi plurimæ aquæ.

Quo vis appellem te nomine, maxime vatum?
Puluis eras, humili puluere maior abis.
Angelus irradias, puroque simillimus astro es?
Angelico fulges clarius igne iubar.
Tu sacra vox verbo, geminæ tu fibula legis.
Tu tuba dux bellis, dia lucerna sacris?
Iudicij tu præco, pijs tu signifer armis
Phosphorus Eoo, fontis es verna Deo.
Nonne Deum liquidis irroras altior vndis,
Vnde bibat puras sanctior amnis aquas?
Eia. sona, en verbum in Legem iubet, adstrue nomen,
Agna litat, liba. Dux parat arma, cane.
Ecce Deus. Deus ecce, sacri gere signa triumphi.
Sol surgit : radij Phosphorus ante diem,
Gestit, vti video, puris se tingere Lymphis.
Si sis verna, sacras implue fontis aquas.
Hinc sata septenis Niamphæ ceu Nilidos vñnis?
Diues inexhaustas grata fundet opes.
Et mirer, latices Salim si queris & Ennon?
Vnde laues iuges fons sacer vndat aquas

Epigram.

Epigramma. 26.

Ioannes Vox ad aquas Salim Baptis-
mum impertit.

Si sonus absit aquis, Vox hinc bibe nuncia Verbi;
Et simul os lymphis adde, loquentur aquæ.

Epigram. 27.

Ioannes primum se Christi aduoluit
pedibus , deinde caput
aquâ diluit.

Ceruuus informi procumbis puluere puluis,
Et dominos supplex lambis, vt vmbra, pedes.
Iamque tuo propior , propiorque ad serpis I E S V,
Et pius ambo manu stringis vtraque pedes.
Felix ille cliens , hæc qui vestigia terris
Quærit , & obstipo lumine fugit humum ?
Est id vt inuidem. sed quis sit liuor amanti ?
Tangat vti libuit, dextera casta pedes.
Et qui siccus humi serpsit modò puluis & vmbra :
Ie nunc viua Deo diluat vrna caput.

*Epigramma 28.***A L I V D.**

Tv nec vt ima quidem dignus pede vincula soluas,
Et quia non dignus, dignior inde Deo es.

Epigramma 29.

Ioannes aquis intingit Christum, cuius
famæ claritudo è Iudæa,toto orbe
deinde diffunditur.

Vt quid adhuc cæco pernox latet vmbra sub antro.
Dissimulatque suum clausa lucerna iubar?
M. iiiij Latius

Latius angustis latebris prorumperet in orbem,
Nobiliorque seret clarior aura iubar:
Quasi libet immensis radijs metabitur oras,
Sole sub Eoo, sole sub hesperio.
Nunc sed Abrahamias tantum præfulget ad aras.
Nempe nitet patuâ parua lucerna domo.

Epigramma 30.

Ioannes purissimum Agnum Agnorum
in Iordanē lauat.

Prior argento super impluit humor I E S V M:
Irriguum sancto stillat ab imbre caput.
Anne putas, niuei tu velleris abluis agnum?
Ipse lauat putas, quem lauis, agnus aquas.

Epigramma 31.

E Christi baptismo Iordanis gloria.
AD IOANNEM.

Per spiculū natat agnus aquis, cui candor oloris;
Hunc tamen illimi diluīs vndū aquā.
Quin & maior honos Iordanidas influit vinas.
Ut tetigit sanctum purior vnda caput.
Iordanis quos tinget aquis, hos adserit astris.
Eridanus cœlis astrifer alter erit.

Epigramma 32.

Ioannis gloria è Christi baptismo.

LArgiter ô peccas, es puluis, & appluis imbre:
Mundat, & infuscat puluis in imbre Deum?
Tangere parce manu, vel spargere parce liquores.
Quid nisi turpe coit puluis & vnde, lutum?
Pulus homo, sed ubi solem sic abluis; hauris
Hinc decus, è pulchro puluere sidus eris.

Epigram

Epigramma 33.

Ioannes sese indignū estimat, qui pedis
obstragula Christo soluat; tamen eius
augustum caput aquā perluit.

QVæ vix ausa pedes imis attingere terris,
Perfundet domini iam manus alta caput.
Quantus honor! supplex manus ab pede scandit IESV
In caput: id castis credo coronat aquis.

Epigramma 34.

Ioannes Christum sacris
aquis tingit.

AD IOANNEM.

His tibi quanta vadis famæ iam gloria manat!
Quantus & hoc orbi candor ab amne fluet?
Gessit enim castis huc se perfundere lymphis,
Qui maris & terræ sceptræ supra regit.
Deque oculis emanat amor, qui purior omni
Fonte, nefas sacræ omne piabit aquis.
Quod nequit elunies immensis didita stagnis;
Diluet hic parcus iam liquor omne scelus.
Nunc age, rende vadis, larices rape, deplue rores,
Tinge Deum, Deus his cætera tinget aquis.
Ecce latus Lymphâ Iordanide mersit IESVS:
In caput e' purâ defluit vnde manu.
Addis aquis lacrymas, Iordanis an alter amor?
Tu fuis? it certè gratior iste liquor.

AD IOANNEM.

TVn' cinis ergo Deum tingas? Deus imperat, istas
Ardet aquas: riuos fons sitit ipse suos.
Nunc igitur, quas ipse sitit fons, implue lymphas
Vrna liquens fonti sit tua dextra suo.
Præuius ipse tuo soli ceu Phosphorus ardes:
Prænia tu fonti sic eris verna tuo.

M v*Epigramma*

Epigram. 35.

AD IOANNEM.

Tunc Deo lymphas? sicest. has ambit I E S V S,
Vnde lauer riuos, fons sitit vber aquas.

*Epigram. 36.*Ioannes in Christi baptismo Nym-
phas aduocat.

Vos liquido virides hyalo quæ ducitis annos,
Nunc agili Nymphæ carpite fila manu.
Vosque sacri Vates, hæc ad vada plaudite Vati.
Purior hinc omnes influit humor aquas.
Cernite purgandis Christus caput abluit vndis.
Omnis ab his lymphis purus ut amnis eat.
Quis prius eripiat mihi, iam non fulgere solem:
Quam non casta sacro balnea stare vado.
Balnea, quæ totum sint manatura per orbem.
Quod modo fons; puri post mare fontis erit.

Epigramma 37.

PALINODIA AD ANGELOS.

Sed quid ego vanus fallaces aduoco Nymphas?
Quid nisi Nympha reæ est furile mentis opus?
Quin potius pictis vos discolor agmen in altis,
Inuitio volucres hic agitare choros.
Quique sonant Christum, puros huc currere fontes:
Castalis hinc castis adfluit vnda lyris.
Eminet his lymphis maiestas arbitra rerum,
Inuidet sanctis stellifer orbis aquis.

Epigrams

Epigram. 38.

Ioannes ipse homo & puluis
Deum lauat.

Cernite rorat homo, puluis licet arida, Numen;
Quid? sacer è sicco puluere riuus eat?
Puluere riuus abit, liquor hinc qui manat, IESVS;
Hunc sitit, & medio stans super amne babit.
Ergone pulucream sitiens Deus ardeat vndam?
Aut bibet ab riuo fons satur ipse suo?
Sed quid grande putas parcis hunc spargere lymphis;
Qui dabit immenso fons hic ut orbe fluat.

Epigramma 39.

Monitio ad hominem ut velit con-
uersus in fontem transfluere
ad Christum.

Huc ades, *huc quisquis regione viator oberras,*
Ac viridi ripæ margine lisse gradum,
Et dic, ut niueos hæc videris ire per artus
Flumina; cœlesti currere digna domo :
Otinam! nitidis ego fons sim lympidus vndis, (a)
Totus & in lacrymas candidus amnis eam!
In caput, inque suam memor ut liquor influat vrnam,
Et repeatat fontem fons minor ipse suum.
Amnis enim, grato ceu fonte, recurrit in æquor,
Vt bibat æquoreis auctior vrna fretis.
Sic mihi siqua foret, te vena requiret I E S V.
Vt biberem dulci quo fluis usque mari.

(a) *Nil crebrius apud Onidium quam homines*
verti in fontes, arbares &c.

Epigram-

Epigramma 40.

Ioanne Christum aquis tinginte, vox
e cælo adlabitur.

Quà procul vndosâ ripâ fæcundus & amni
Enatat I sacidum Nilus, & arua irrigat;
Puluis homo rorat, liquidaque in nube Tonantem
Vmbrat, & effusis in caput vndat aquis.
(a)
Pro superi tangat temeraria dextera Numen,
Et manus haud æquo perpluat imbre caput?
Mené pari trepidas sed quis sonor attonat aures?
Vltor an arsuros flammat in arma globos?
Palleat, incestis cui mens gemit anxia nexis,
At tu parce metu, mens cui pura probro est.
Quæ lauat vnda, trahit mundo de vertice I E S V
Mundicieñ nullum manat ab amae scelus.
Sed pietas, & pura salus dimicat in orbem;
Queis lauat, extinxit fulmina Christus aquis.
Hinc vox attonitas cælo sata perpulit aures,
Qui sine voce queant fulmina mersa mori?

(a) Iordanis instar Nili exundat estate & agros
irrigat, uti & Euphrates.

Epigramma 41.

Christi Baptismus Iordanis aquas illu-
minat. vnde dictus baptismus
Φωτισμός Græcis, id est, illu-
minatio: è quo vti fidere,
Christiani reluent.

ISaciā purgat Nympham sacer ΙΧΘΥΣ I E S V S. (a)
Dum regit hibernas Cynthia lana rotas.

Flutis

Fluxit in ambrosios, ni fallor, Aquarius imbræ;
 Nare sacrum castis videt ut *iχθύ* aquis.
 Sustinuitque rotas, ac sol adstrinxit habenas,
 Ut Syrio princeps cerneret orbe iubar.
 Exin mille stupet Iordanide nare sub vndâ
 Sidera de Christi cœlite natâ sinu.
 Atque regat, Iordanis aquis ubi stillat, IESVM.
 Stellifer an terris ille sit Eridanus?

(a) *Christus SS. Patribus dictus iχθύς, id est,*
piscis ob baptismum & quia litteræ in iχθύis sunt
prima litteræ illius celeberrimæ Acrostichidos. Iησοῦς
Xριστὸς οὐαὶ ὑπερσωτήρ. Porro 6. Ianuarij credi-
tur Christus aqua perfusas. Epiph. 58. hæres.

Epigramma 42.

Christus ipse sacer piscis in Iordane
in numeros sacros pisces è baptis-
mo gignit.

Astriger astrigeri natat hic sator *iχθύes iχθύes*.
 His saturus *iχθύes* aquis, nectar ut inde bibat.
 (a) Vix cæli liquido videoas tres æquore pisces.
 Ait his inumeros nare videbis aquis.

(a) In Zodiaco non nisi sunt gemini pisces, & ex-
 istentem pisces Netris Cetusque Andromeda.

Epigrammæ

*Epigram. 43.***Christus suo Baptismo Iordanem
consecrat.**

Expiat illimes ripâ Iordanide lymphas
Christus, & æthereas impluit almus aquas.
Vber inexhaustis dimanat gratia riuis.
Ut retigit castum candida lympa caput,
Corpus ut vnda : sacer sic & cor eluet imber.
Vnde nouum prisco flumine flumen eat,
Nonne vides purum secum Deus euehit orbem,
Quem lauit nitidis Isacis vnda vadis.
Quid? mundum niuea Iordanis an abluit vnda?
Amnis hic immenso maior it Oceano.

*Epigramma 44.***Votum Iordanis vbi Ioannes Christum
intingit.****IORDANIS AD IOANNEM.**

Abluis ô felix Iordanide Numen in vndâ?
O trahat è Christo purior vnda decus!
Quod Christum decuit, quem non decet ibo per orbem,
Iordanis tacitis ipse sulurrat aquis.
Si non Oceani vastis sim largior vndis
Oceano saltem sanctior ibo liquor.
Copia densarum mihi quo fluat vber aquarum,
Si tot vbiique lutum turpe redundat aquis.

*Epigram. 45.***Christus aquas suo Baptismo expiat.**

Iordanis nitidis vndis irrorat I E S V M
Sic fluuius fontem iam lauat ipse suum,
Sea potius fons ipse suum sacer abluit amnem;
Purior ut niueas diluat imber oves.

Epigram. 46.

Epigramma 46.

Votum Iordanis vt Christi ex oculis scaturiat.

IOr, & Dan gemino de fonte binominis vndat, (a)
Ad Libani Phialam, quæ bibit inde niues,
Ipse leui quamuis prati secat herbida riuo,
Inque virente natat pieta per arua vitro.
Christe tuis oculis fontem sibi quærerit, & vrnam;
Ipse suo visus turbidus ire luto.
Hoc oculo, hac Phialâ mallet Iordanis aquari,
Quam Libano, gelidas vnde propinat aquas.
Ambitio & fluuio est, his si manaret ocellis;
Vitreæ quæ fluxit, gemmea Nympha forer.

(a) *Ior & Dan gemelli fontes, vnde Iordanis nomen & amnis confluit in Phialam lacū sub ningido Libano, cuius è liquefactis niuibus aquas hic lacus haurit perennes. Vnde Iordanis vti Nilus, simili de causa, aestate redundat.*

Epigramma 47.

**Iordanis sacer è Christi baptismo
fluuius.**

DExtera mortalis Iordanide perpluit vndâ
Numen, & alba sacrum diluit vnda caput.
Pura putas mundant formosum flumina IESVM
Mundantur: niueas consecrat Agnus aquas.
Candida cælestes Naïs iam concipit auras.
Vnde sacer sacras parturit amnis oues.
Diues enim castis exundat gratia lymphis.
Et iam fons aliis fonte lauante fluit.
Cor lauat vnuis aquis, alter fons corporis artus.
Dic mihi Iordanis duplus, an vnuis eat;

Epigrām-

Epigramma 48.

Iordanis in Christi baptismo gloria.

NAIS ut insueti conspexit velleris agnum;
Cerula sollicitis fræna retorsit aquis.
Prodigani potius vomat vbere copia cornu
Nunc alias princeps quas bibat i^{ch}ristus aquas.

Epigramma 49.

Fons propè Iordanem, vnde hausta &
qua nuptijs in vinum vertenda,
Iordanī inuidet.

VOX FONTIS.

NAJADUM liquido gremio fugit ynda per hebas,
Quaque fugit, tacito murmure visu loqui est.
Inuidus ille meos cur inuidet amnis honores,

Qui meruit purē tingere fonte Deum?
Et quantum hoc tenui vix spargere rore Tonantem!
Ait ego quantus bonus! vbere pasco mero.

Si mihi forte suos radios afflaret I E S V S;
Auriferis fluere in diues, vt Hermus, aquis.
Aurea nolo Phrygem quæ fallant pocta tyrannam;

Fens mihi sidereas funderet vber opes.

(a) *Midas à Dijs impetravit ut ea qui se ablueret*
aqua in aurum verteretur. Ut ifabula fingit enenisse
in amne Pactolo.

Epigramma 50.

Ioannes denunciat ē Christi baptismo,
ceu fonte igneo, viā cælo ineundā.

AD HOMINEM.

AD fontem digitum, radiumque intendit IESVS,
Cui sacra cælesti manat origo domo.

Tinge

Tinge caput. Libani niue purior ilicet agnus
 His enabis aquis, qui lupus ater eras.
 Nec minus his adspirat aquis, quas indicat, ignes :
 Lustrat enim lymphā, lustrat & igne reos,
 Si sapis, atra nigrum quem ducit noxa sub orcum,
 Quā fons signat iter, trames cuntis eat.
 Te quacumque trahet, Stuperas deducet ad arces.
 Fons hic vnde sicut rursus ad astra salit,
 Orbis vti cellos ; sic & liquor aduenia cælo
 Orbis, & in patrias fons reddit orbis aquas.

Epigramma 51.

Ioannes ad aquas Salim Christū annun-
 ciat & eius Baptismum adumbrat.

A D V A T E M .

Vox sonat ad fontem, Verbo Vox docta magistro,
 Voce sub hac Verbum fons quoque disce loqui.

Epigramma 52.

Quæstio.

Cur Ioannes amat aquas, cum Christus
 ignem se missum promittat ?

Cum ignes Deus, ambis, aquas homo dispares vota ?
 Hunc æstas, illum frigida gignit hiems,
 Ne mage nunc hiemet toto nox algida mundo ;
 Sol dabit æstas, quem sancta bryuma parit.

Epigramma 53.

Ioannes Christum annuntiat.

IOANNES AD CHRISTVM.

Vox ego, tu Verbum tremulo tibi precino plectro,
 Sic ego Vox Verbo iam lyra facta canam,

Epigramma 54.

Ioannes Agnum Dei ostendit.

Sæcla diu lenti hædere implexa quadrigis:
 Implicavit fulvas orbita senta rotas.

N

Expediſſ

Expedit has verbum, spinisque tenacibus orbem
 Explicat, è castâ Virgine Virgo puer.
 At ubi nunc ætas redit aurea, Virginis astro;
 Feruet inoffensis orbita panda rotis.
 At quò flectit iter, dubiasque reflectit habenas?
 En tibi dux index, hoc duce quære viam.
 Quære, nouo mihi crede, viam sic querere seculo;
 Id fuerit metam tangere pænè tuam.

Epigramma 55.

Quæstio.

AD IOANNEM.

Quid tibi cum Christo, Vates noua gloria Vatum?
 Vox Verbum, & Solem stella sequere tuum.

Epigramma 56.

Ioannes Vox in deserto.

En tibi Vox Verbi vocali consona saxo,
 Siue repercuissæ vocis imago sonat.
 Nam tu Threicijs Iudæa beatior aruis,
 Quæ Diuûm resonis Orpheæ pascis agris!
 Vos ô saxa, feraque, Cedrique, gregumque magistri,
 Itæ precor, Syrio par modo turba solo.
 Vos Orpheæ chelys trahet illice blanda susurro,
 Si non Orpheâ dulcior aura chely est.
 Induet inde feras alijs noua forma figuris
 Quæ fera torua fremit, iam cicur agnus erit.

Epigramma 57.

Ioannes Vox Verbi.

TV Verbo Vox viua, nouæ tuba nuncia legi es,
 si tua lingua Dei est, cor tibi cuius erit?

Epigram-

Epigramma 58.

Ioannes quem prisci vates varijs æni-
gmatibus adumbrant, clare digito
suo demonstrat

MESSIAM.

Quem prisci variâ pingunt sub imagine vates,
Dissimulat Solem discolor umbra suum.
Nunc autem veterum simulacula facessite varium.
Est index digitus, qui mihi dicat, hic est.
Felix ille dies felicior iste, sereno
Quem lux pura iubet sole perennè frui,

Epigram. 59.

Ioannes Christi laudes celebrat
ad aquas.

Mundus ouans læto canit omne & agmine Verbum;
Artificem mundi Vox ubi sancta praedit.
Id canit & resonis crepitans in vallibus amnis,
Et strepitans altis quæ ruit vnda iugis.
Suspice nutantem frondoso vertice cedrum.
Crede tot hic linguas, quo mouet illa comas.
Suauè sonat leni Zephyritis & aura susurro.
Dulce decus terris, blanda quod astra vount.
Auspice sed Verbo, cui Vox praedit aurea carmen,
Quale dedit Bethles astriger ante chorus.
Ne dicam, Superis quod & vñque renarrat in oris,
Seraphicas inter turba canora lyras.
Felices oculi! tales spectate triumphos
Quis datur, vt biberit cor id ab aure melos.
At mage Vox felix, cui sancta susurrat I E S U M
Naïs, & hunc vitreâ fons canit ipse lyrâ.

*N*ij*Epigram.*

Epigramma 60.

Pharisæi & Scribæ Ioannem potius;
quàm I E S V M quærunt.

A D S C R I B A M.

Ecce tuus Syrijs iam sol inclauit oris,
Quem comes affini lumine stella præxit,
Stella, sed incertæ quæ quod cynoïura carinæ est?
Dux sit ut agnoscas nobile solis iret.
Ast magè Ioannem quæris, quàm quæris I E S V M
Num tibi eot magnes quod sua stella trahit?
Nescio sis magnes, ut amor te sideris vrat.
Hoc scio, magnetis eot tibi durat hiems,
Et durum ceu pætra trahis Magnesia ferrum,
Testis in imiti stans cruce clavius erit.

Epigramma 61.

Ioannes, de quo Christus, quid existis
videre? an arundinē vento agitatam?
Ad aquas Salim degit.

Ioannes cur ambit aquas, queis visus arundo est?
Ecquid arundo suas non nisi quærat aquas?

Epigramma 62.

AChristi baptismo Ioannis gloria
incipit minui.

IOANNES AD CHRISTVM.

INcipio minui, tua lux ubi crescit ab vndis,
Nulla lucerna micat, Sol ubi surgit aquis.

Epigramma 63.

De Christo & Ioanne diuersa fors.

IOANNES AD CHRISTVM.

Si vocem & Christum duo dixerò sidera, fallam?
Dic duo signa, quibus lucei vtrumque iubar.

Ast ubi

Ast ubi iam minuor, crescis; nec id abnuo, nolit
Ante suum solem Phosphorus vltro mori?

Epigramma 64.
Ioannes Phosphorus.

NOx abit. umbrosæ vanescunt cornua Lunæ.
Corniger ut Moles; sic vetus umbra cadit.
Lex noua lux. alter cum luce recurrit in orbem
Phosphorus. is soli prævia stella micat.
Ille suo noctis confinia diuidit astro.
Albentemque nouo nunciat igne diem.
Scilicet is lucens, ardensque Lucerna Tonanti.
Conscia lux veri, cui pius ardet Amor.
Illi exortu Solymis nox incubat artis.
Iude Deo templum iam sacer orbis erit.

Epigramma 65.

Ioannes Phosphorus, ad Argum Pastorem siderum in cœlo.

Ardua cui cyano rident sua pascua campo. (a)
Coge gregem. numerum non habet ille suum.
Exsul adest cœlo nullus quo pulchrior ignis,
Prouidus it terris Phosphorus astra sequi.
Nempe suum solem comes igneus ambit I E S V M.
Hunc, præit, ut cœlo sero sequatur herum,
(a) *Argus Pastor lus virginis in vaccam mutata,*
plenus oculis, occisus cœlo est adscriptus.

Epigramma 66.

**Ioannes manifesta lucerna, foris
& domi delitescens.**

Esto premas alto captiuam pectore flammam,
Mille tamen radijs emicat inde iubar.

Cæca domi laterna lates, domus hospita lucis,
At luces alijs clara lucerna plagis.
Sic ubi bisgemine dispar discrimine sortis
Sciendere; tu conflas pulchrius inde iubar.

Epigramma 67.

Ioannes lucerna Deum ostendens,

Sol in nube latet; (*Verbum caro*) quæris IESVM?
Quære facem, cæco-nata lucerna die est.

Epigramma 68.

Ioannes lucerna.

VOX IOANNIS.

Fomes eram sine luce, nouum iubar adflat IESVS.
Duco facem, patriâ clara lucerna domo.
Et nunc Isacijs ceu lucida stella tenebris
Irradio; ah! Syrio nox silet alta solo.

Epigram. 69.

Christo nascente minuitur Ioannes,

Dum sua lux Verbo crescit; Vox occidit umbris.
Vox an ad hoc Verbum lucis eclipsin agit?

VOX RESRONDET.

Pluveream deditnor humum, iuuat ire per orbes
Stelliferos illuc fert via recta pedes.

Epigramma 70.

VATICINIVM.

Ioannes lucerna breui extinguenda.

Nox vetus astra premit, densas quæ diuidat umbras,
Sed micat Abramia pulchra lucerna domo.

ECCG

Ecce vigil rhalamo surdas eliminat umbras,
 Mentiturque breuem lucida tæda diem.
 Vix stetit ; infestis sed fax cadit ista procellis.
 Venit ab incesto dira procella toro.
 Idque ubi natales Syrij venere tyranni:
 Quid natalius nox erit ergo dies?
 Nox erit, extinguet fax Cypria nocte lucernam.
 Nil facit ad spurcam pura lucerna facem.
 Ab Sryge tæda vomit tetros Amathusia fumos.
 Siderium at fundit casta lucerna iubar.

Epigram. 71.

Ioannes licet maximus & Christo proximus;
 tamen eo crescente
 minuitur.

VT Vox ipsa suo conspirat proxima Verbo :
 Sicutus & Christo proximus ardet amor.
 Utque suo propior lux Phosphorus arder Eoo ;
 Sic comes & summo proximus ito Duci.
 Pulcher at Eoo crescit si Phosphorus igne :
 Creuerit Eous ; principe luce cadat.
 Et iubar ipse Deo primis quasi clariss annis :
 Qua Deus it maior lux ; minor umbra fugis.
 Ecqua precor, medijs quæ fulsit stella tenebris,
 Audeat ad Solem stare superba suum ?

N iiij LIBER